

# ALBUM

Plantarum, quae circa Conicium sponte  
crescunt, phanerogamarum.

---

Praemittitur

familiarum dispositio naturalium.

---

Scripsit

*P. F. Haub.*

---

CONICII.

TYPIS F. F. HARICHI.

MDCCCXLVII.

PLANTARUM

Plantarum, quae circa Coniugium sponte

creverunt, Pharmacopoeiam

Plantarum

Plantarum dispositio hactenus

Plantarum

R. V. H. H. H.

CONIUGIUM

PLANTARUM

PLANTARUM

Quae fuerint causae, quibus commotus hocce opusculum composuerim, si qui quaerant, duas potissimum afferam, quarum altera angustiolem, altera latiore spectat campum. Cum enim discipulis meis plantas indagantibus atque internoscentibus du- cem esse volui hunc libellum, tum campos Conicienses cum patriae nostrae botano- philis peragrarere ac perlustrare constitui, quo et Florae nostrae vivida expressaque imago animo eorum obversaretur et ipsi concitarentur, ut suorum quisque agrorum plantas anquireret ac foras daret. Illos igitur, qui his rebus gaudeant, etiam atque etiam rogatos velim, ut summam eorum, quae ex investigatis examinatisque regionis suae herbis perceperint, cum iis communicent, qui iisdem studiis oblectentur, ut tan- dem aliquando Flora Borussica, quam dicunt, perfecta atque omnibus numeris et partibus expleta comparari possit. — At sunt nonnulla, quae, priusquam ad rem ipsam transeamus, praefari liceat. —

Abhinc annos quinque librum scripsi, qui in perdiscendis rebus naturalibus dis- cipulis ad manum esset. Quo in libro quum, ut ex fronte perspicitur, perpaucae modo plantarum nostratium enumerari possent, diu mecum cogitavi, quomodo vitium illud emendarem, necessitate natum. Quam ob rem haud injucundum mihi erat ne- gotium indicendi publica hujus scholae solemnia. Scribendi enim argumentum non

erat, quod dubius circumspicerem, quippe quod sponte offerrent observationes plantarum longinquaе: quo argumento inveniri mihi nullum poterat neque ad studia mea utilius, neque aut ad tempus aut ad voluntatem accommodatius. In multorum annorum studiis hoc album nititur. Quotannis enim, quum ver esse coeperat atque muneris officii vacabam, curis domesticis me expediens campos pervagabar atque in plantis et inveniendis et distinguendis aut cum discipulis, qui amabilis disciplinae suavitate ac dulcedine allicerentur, aut solus, multum consumi temporis.

Hac autem ad edocendos juvenes ratione ingressus sum, ut eorum animum imprimis incitarem ad herbas indigenas cognoscendas, viamque monstrarem, qua ad illarum cognitionem facillime pervenire possent. Quae ratio et via naturae convenit atque sola efficit, ut juvenus animo libentissimo majoreque impetu in hanc disciplinam incumbat. Illi sine dubio longe aberrabunt a proposito, qui discipulos in cognoscendis aut omnibus aut perpaucis modo plantis erudire velint. Satis cognitae demum accurateque perpensae patrii soli plantae aditum patefaciant ad ceteras. Quo facto expressam disciplinae imaginem juvenes tenebunt, quam late pateat, intelligent, naturae immensae nullisque finibus circumscriptae pulchritudinem admirabuntur atque divino ejus instinctu concitati acerrimi cultores evadent non solum rerum naturalium, verum etiam omnium, quae honesta, bona, vera. — Huc mihi videntur omnia esse referenda iis, qui in investigandis rebus a natura involutis omnis vitae consilium posuerunt. —

Coniicii pridie Pentecosten a. MDCCCXLVII.

P. F. Haub.

## Familiarum dispositio naturalium.

### I. ACOTYLEDONES.

### II. MONOCOTYLEDONES.

**C**aulis sine cortice, ligno et medulla; folia parallelinervosa, vaginantia; corolla nulla; embryo monocotyledoneus.

A. Stamina hypogyna. Stamina florum fundo inserta.

a. Flores nudi, glumis inclusi.

Fam. 1. *Gramineae*. Culmus teres; gluma bivalvis; antherae basi apiceque fissae; vagina antice fissa; Caryopsis. — Genera: *Digitaria*, *Panicum*, *Echinochloa*, *Setaria*, *Phalaris*, *Hierochloa*, *Anthoxanthum*, *Alopecurus*, *Phleum*, *Agrostis*, *Anemagrostis*, *Calamagrostis*, *Amphiphila*, *Milium*, *Phragmites*, *Koeleria*, *Aira*, *Corynephorus*, *Holcus*, *Avena*, *Triodia*, *Melica*, *Briza*, *Poa*, *Glyceria*, *Molinia*, *Dactylis*, *Cynosurus*, *Festuca*, *Brachypodium*, *Bromus*, *Triticum*, *Agropyrum*, *Secale*, *Elymus*, *Hordeum*, *Lolium* et *Nardus*.

Fam. 2. *Cyperaceae*. Calamus angulatus; gluma univalvis; antherae apice integrae; flores hermaphroditi vel diclini; vagina non fissa; nux. — Genera: *Cyperus*, *Scirpus*, *Eriophorum* et *Carex*.

b. Flores spadici impositi, spathacei.

Fam. 3. *Aroideae*. Flores unisexuales et nudi, vel hermaphroditi et perigonio instructi. — Genera: *Acorus* et *Calla*.

c. Flores spadici impositi, spatha nulla.

Fam. 4. *Typhaceae*. Flores diclini in spadicem densissime congesti, superiores masculi, inferiores feminei. — Genera: *Typha* et *Sparganium*.

d. Flores spathacei; spadix nullus.

Fam. 5. *Lemnaceae*. Flores duo nudi, alter masculus, alter femineus. — Genus: *Lemna*.

e. Flores perigonio inclusi.

Fam. 6. *Fluviales*. Flores hermaphroditi vel diclini; perigonium di- aut tetraphyllum, raro nullum. — Genus: *Potamogeton*.

Fam. 7. *Juncagineae*. Flores hermaphroditi; perigonium hexaphyllum, subcorollinum vel herbaceum; stamina 6; fructus siccus. — Genera: *Triglochin* et *Scheuchzeria*.

Fam. 8. *Alismaceae*. Flores hermaphroditi; perigonium hexaphyllum; phylla tria interiora petaloidea. — Genera: *Alisma* et *Sagittaria*.

Fam. 9. *Butomeae*. Flores hermaphroditi, umbellati; perigonium hexaphyllum; phylla tria interiora petaloidea. — Genus: *Butomus*.

B. Stamina perigyna. Stamina calyci inserta.

Fam. 10. *Junceae*. Perigonium sexpartitum; stamina sex, rarius tria, perigonii laciniis opposita. — Genera: *Juncus* et *Luzula*.

Fam. 11. *Asphodeleae*. Perigonium corollinum, sexpartitum; stamina sex, quorum tria phyllis exterioribus opposita, diversiformia aut nulla. — Genera: *Asparagus*, *Allium*, *Anthericum* et *Ornithogalum*.

Fam. 12. *Smilacinae*. Perigonium corollinum, sexpartitum, vel quadri—octopartitum; stamina sex. — Genera: *Paris*, *Convallaria*, *Polygonatum* et *Majanthemum*.

Fam. 13. *Amaryllideae*. Perigonium corollinum, sexpartitum; stamina sex, antheris introrsis. — Genus: *Galanthus*.

Fam. 14. *Irideae*. Perigonium corollinum, sexpartitum; stamina tria; antherae extrorsum dehiscentes. — Genera: *Iris* et *Gladiolus*.

C. Stamina epigyna. Stamina germi imposita.

Fam. 15. *Orchideae*. Perigonium corollinum, irregulare; filamenta cum stylo arcte concreta (gynandra); germen inferum. — Genera: *Orchis*, *Gymnadenia*, *Platanthera*, *Epipactis*, *Listera*, *Neottia*, *Goodyera*, *Liparis* et *Cypripedium*.

Fam. 16. *Hydrocharideae*. Flores dioici; calyx trisepalus; corolla tripetala; germen inferum. — Genera: *Stratiotes* et *Hydrocharis*.

### III. DICOTYLEDONES.

Caulis ramosus cum medulla, ligno et cortice; folia reticulato-venosa; embryo dicotyledoneus.

#### A. Apetalae. Corolla nulla.

##### a. *Amentaceae*.

###### α. Folia acerosa.

Fam. 17. *Coniferae*. Flores amentacei, nudi, monoici vel dioici; strobilus vel galbulus. — Genera: *Pinus* et *Juniperus*.

###### β. Folia non acerosa.

Fam. 18. *Cupuliferae*. Flores amentacei, plerumque monoici; perigonium ovario adnatum; nux involuero (cupula) cincta. — Genera: *Fagus*, *Quercus*, *Corylus* et *Carpinus*.

Fam. 19. *Betulineae*. Flores amentacei, monoici; nux. — Genera: *Betula* et *Alnus*.

Fam. 20. *Salicineae*. Flores amentacei, dioici; capsula bivalvis. — Genera: *Salix* et *Populus*.

##### b. *Perigonatae*.

Fam. 21. *Ulmaceae*. Flores hermaphroditae; perigonium quadri—octopartitum; stamina quatuor—octo; Samara. — Genus: *Ulmus*.

Fam. 22. *Urticeae*. Flores diclini; perigonium quadri—quinquepartitum; achenium. — Genera: *Urtica*, *Cannabis* et *Humulus*.

Fam. 23. *Euphorbiaceae*. Flores diclini; perigonium multipartitum, plerumque glandulosis appendiculis instructum; carpella tricocca, saepe di- vel polycocca. — Genera: *Euphorbia* et *Mercurialis*.

Fam. 24. *Aristolochiae*. Flores hermaphroditae; perigonium monophyllum superum; stamina sex—duodecim, epigyna; ovarium tri—sexloculare. — Genera: *Aristolochia* et *Asarum*.

Fam. 25. *Thymelaeae*. Perigonium corollinum inferum; stamina octo, perigonii tubo inserta, perigyna; fructus baccatus. — Genus: *Daphne*.

Fam. 26. *Polygoneae*. Perigonium inferum, quadri—sexpartitum; stamina quatuor—novem, perigyna; fructus nucamentaceus vel carnosus; folia vaginantia. — Genera: *Polygonum* et *Rumex*.

Fam. 27. *Chenopodeae*. Perigonium quinquepartitum vel pentaphyllum; stamina perigonii fundo inserta, perigyna; fructus siccus vel bacca spuria e calyce carnosio orta. — Genera: *Chenopodium* et *Atriplex*.

B. *Monopetalae*. Corolla monopetala.

1. *Corolla hypogyna*. Corolla calycis fundo inserta.

a. *Corolla irregularis*.

Fam. 28. *Lentibulariae*. Calyx persistens; corolla ringens, calcarata, bilabiata; stamina duo; capsula unilocularis. — Genera: *Pinguicula* et *Utricularia*.

Fam. 29. *Verbenaceae*. Calyx persistens; corolla tubulosa, limbo inaequaliter partito; stamina plerumque quatuor, didynama. — Genus: *Verbena*.

Fam. 30. *Labiatae*. Calyx tubulosus, persistens; corolla bilabiata; stamina quatuor, didynama, rarius duo; caryopsides nucamentaceae. — Genera: *Mentha*, *Lycopus*, *Pulegium*, *Salvia*, *Origanum*, *Thymus*, *Clinopodium*, *Nepeta*, *Glechoma*, *Lamium*, *Galeobdolon*, *Galeopsis*, *Stachys*, *Betonica*, *Marrubium*, *Ballota*, *Leonurus*, *Scutellaria*, *Prunella* et *Ajuga*.

Fam. 31. *Scrophularinae*. Calyx partitus, persistens; corolla inaequaliter partita; stamina quatuor, plerumque didynama. — Genera: *Verbascum*, *Scrophularia*, *Gratiola*, *Antirrhinum*, *Linaria*, *Veronica*, *Limosella*, *Melampyrum*, *Pedicularis*, *Alectorolophus*, *Euphrasia* et *Odontites*.

Fam. 32. *Orobancheae*. Calyx persistens; corolla ringens, persistens; stamina didynama; folia ad squamas reducta, nunquam viridia; plantae parasiticae. — Genera: *Orobanche* et *Lathraea*.

b. *Corolla regularis*.

Fam. 33. *Plantagineae*. Flores tetrameri; stamina quatuor; capsula polysperma. — Genus: *Plantago*.

Fam. 34. *Plumbagineae*. Calyx persistens; corolla quinquepartita; stamina quinque, fundo floris adnata. — Genus: *Armeria*.

Fam. 35. *Primulaceae*. Calyx persistens, quinque-, rarius quadripartitus; corolla quinque-, rarius quadripartita; capsula polysperma. — Genera: *Trientalis*, *Lysimachia*, *Anagallis*, *Centunculus*, *Primula* et *Hottonia*.

Fam. 36. *Solaneae*. Flores pentameri; corolla quinqueplicata, decidua; fructus bi- aut subquadriocularis; capsula aut bacca. — Genera: *Solanum*, *Hyoscyamus* et *Datura*.



- Fam. 37. *Boragineae*. Flores pentameri; corollae faux fornicibus clausa; carpella quatuor vel duo, bilocularia. — Genera: *Asperugo*, *Echinosperrum*, *Cynoglossum*, *Borago*, *Anchusa*, *Lycopsis*, *Symphytum*, *Echium*, *Pulmonaria*, *Lithospermum* et *Myosotis*.
- Fam. 38. *Convolvulaceae*. Flores plerumque pentameri; corolla plicato-contorta; capsula 1—4locularis, 2—4valvis, dissepimentis marginalibus. — Genera: *Convolvulus* et *Cuscuta*.
- Fam. 39. *Asclepiadeae*. Flores pentameri; filamenta saepe concreta; massae pollinis cereae, affixae stigmatibus corpusculis; folliculi duo. — Genus: *Cynanchum*.
- Fam. 40. *Ericaceae*. Corolla quadri- vel quinquepartita, rarius septempartita; discus aut squamae nectariferae; stamina tot, quot lacinae vel petala, aut dupla; antherae biloculares; fructus capsularis vel baccatus. — Genera: *Arctostaphylus*, *Andromeda*, *Calluna*, *Ledum*, *Pyrola*, *Chimaphila* et *Monotropa*.
- Fam. 41. *Gentianeae*. Corolla quinquepartita, rarius quadri—decempartita; stamina tot, quot petalorum lacinae; antherae biloculares; capsula uni- vel bilocularis, polysperma. — Genera: *Menyanthes*, *Gentiana* et *Erythraea*.
- Fam. 42. *Oleinae*. Calyx dentatus vel divisus; corolla quadrifida, rarius trapezata; stamina duo, rarius quatuor; germen 2—3loculare; capsula, bacca vel drupa. — Genus: *Fraxinus*.
2. *Corolla perigyna*. Corolla monopetala calycis limbo supero inserta.
- Fam. 43. *Vaccineae*. Calyx quadridendatus; corolla quadri- vel quinquefida; stamina tot, quot petalorum lacinae; antherae bicornes; bacca. — Genera: *Vaccinium* et *Oxycoccus*.
- Fam. 44. *Campanulaceae*. Calyx quinquedivisus; corolla plerumque quinquefida; stamina petalorum numero aequalia; capsula calyce coronata. — Genera: *Jasione*, *Phyteuma* et *Campanula*.
- Fam. 45. *Cucurbitaceae*. Flores diclini; calyx pentasepalus, reticulato-venosus; stamina quinque, triadelpa, rarius monadelpa vel libera; pepo. — Genus: *Bryonia*.
3. *Corolla epigyna*. Corolla monopetala germine imposita.
- a. Flores clinanthio dense impositi.
- Fam. 46. *Synanthereae*. Flores in calathidium dense congesti, periclinio cincti;

stamina quinque; antherae in cylindrum concreatæ; flores aut omnes hermaphroditi, aut hermaphroditi femineis neutrisve mixti, polygami, aut polygamo-subdioici; achenium.

Trib. 1. *Eupatoriaceae*. Crura styli flor. hermaphroditorum longa subteretia vel clavata, superne puberulo-papillosa; florum masc. styli crura clavata. — Genera: *Eupatorium*, *Tussilago* et *Petasites*.

Trib. 2. *Asteroideae*. Crura styli flor. hermaphroditorum linearia, extus subplana et superne aequaliter minuteque puberula. — Genera: *Bellis*, *Erigeron*, *Solidago* et *Inula*.

Trib. 3. *Senecionideae*. Crura styli flor. hermaphroditorum linearia apice penicillata et truncata. — Genera: *Bidens*, *Gnaphalium*, *Artemisia*, *Tanacetum*, *Achillea*, *Anthemis*, *Matricaria*, *Chrysanthemum*, *Pyrethrum*, *Cineraria* et *Senecio*.

Trib. 4. *Cynareae*. Stylus flor. hermaphroditorum apice nodoso-incrassatus saepeque ad nodum hirtopubescentis. — Genera: *Cirsium*, *Carduus*, *Onopordum*, *Arctium*, *Carlina*, *Serratula* et *Centaurea*.

Trib. 5. *Cichoriaceae*. Flores omnes ligulati et hermaphroditi. Crura styli filiformia, revoluta, breviter pubescentia. — Genera: *Lampsana*, *Arnoseris*, *Cichorium*, *Apargia*, *Picris*, *Tragopogon*, *Scorzonera*, *Hypochoeris*, *Taraxacum*, *Chondrilla*, *Lactuca*, *Sonchus*, *Crepis*, *Hieracium* et *Xanthium*.

Fam. 47. *Dipsaceae*. Flores aggregati in clinanthium, periclinio polyphylo cincti; antherae liberae. — Genera: *Dipsacus* et *Scabiosa*.

b. Flores non clinanthio impositi.

Fam. 48. *Valerianeae*. Corolla quinquefida, rarius tri- et quadrifida; saepe irregularis et calcarata; achaena. — Genera: *Valeriana* et *Valerianella*.

Fam. 49. *Rubiaceae*. Corolla quadri- vel quinquepartita, rarius tri-, sex- vel octopartita, plerumque regularis; achaenae duae nucamentaceae. — Genera: *Asperula* et *Galium*.

Fam. 50. *Caprifoliaceae*. Corolla quinque-, rarius quadrifida, interdum irregularis; fructus baccatus, calycis margine coronatus. — Genera: *Adoxa*, *Sambucus*, *Viburnum*, *Lonicera* et *Linnaea*.

C. Polypetalae. Corolla polypetala.

1. *Stamina epigyna.* Stamina germini inserta.

Fam. 51. *Loranthaceae.* Petala quatuor—octo; stamina tot, quot petala, iisque opposita; stylus nullus; bacca monosperma; frutex parasiticus. — Genus: *Viscum.*

Fam. 52. *Cornaceae.* Petala quatuor; stamina quatuor, cum petalis alternantia; stylus unicus; germen inferum; fructus drupaceus. — Genus: *Cornus.*

Fam. 53. *Umbelliferae.* Flores umbellati; petala quinque; stamina quinque, cum petalis alternantia; styli duo; germen inferum; carpella duo concreta; folia basi vaginantia.

a. *Orthospermae.* — Genera: *Hydrocotyle, Sanicula, Eryngium, Cicuta, Aegopodium, Carum, Pimpinella, Sium, Bupleurum, Oenanthe, Aethusa, Seseli, Selinum, Angelica, Archangelica, Peucedanum, Pastinaca, Heracleum.*

b. *Campylospermae.* — Genera: *Torilis, Anthriscus, Chaerophyllum et Conium.*

Fam. 54. *Araliaceae.* Petala quinque ad decem; stamina numero petalorum aequalia cumque iis alternantia; bacca multilocularis. — Genus: *Hedera.*

2. *Stamina hypogyna.* Stamina infra germen inserta.

a. Calyx disepalus.

Fam. 55. *Papaveraceae.* Petala quatuor, regularia; stamina numerosa; capsula. — Genera: *Papaver et Chelidonium.*

Fam. 56. *Fumariaceae.* Corolla irregularis, quadripetala; stamina sex, in phalanges duas concreta. — Genera: *Fumaria et Corydalis.*

b. Calyx tetrasepalus.

Fam. 57. *Cruciferae.* Corolla tetrapetala, cruciata; stamina sex, tetradynama; siliqua vel silicula.

a. *Siliculosae.* — Genera: *Berteroa, Draba, Coronopus, Armoracia, Camelina, Thlaspi, Teesdalia, Lepidium, Capsella et Neslia.*

b. *Siliqtosae.* — Genera: *Raphanistrum, Nasturtium, Barbarea, Turitis, Arabis, Cardamine, Sisymbrium, Sinapis et Cheirinia.*

c. Calyx plerumque quinquepartitus aut pentasepalus.

aa. Stamina plerumque quinque.

α. Calyx plerumque quinquepartitus.

- Fam. 58. *Acerineae*. Petala tot, quot calycis laciniae; stamina plerumque octo, disco hypogyno inserta; Samarae duae. — Genus: *Acer*.
- Fam. 59. *Hippocastaneae*. Corolla irregularis, quinquepetala, rarius quadripetala; stamina septem aut octo, disco inserta; capsula echinata, 2—4 sperma. — Genus: *Aesculus*.
- Fam. 60. *Geraniaceae*. Calyx interdum calcaratus; petala quinque, unguiculata; stamina basi plerumque monadelphia, numero petalorum dupla, rarius tripla; carpella quinque rostrata. — Genera: *Geranium* et *Erodium*.
- Fam. 61. *Oxalideae*. Petala quinque unguiculata; stamina decem, plus minusve basi monadelphia; capsula quinquangularis, quinquelocularis. — Genus: *Oxalis*.

β. Calyx plerumque pentasepalus.

- Fam. 62. *Berberideae*. Petala tria, quatuor vel sex, sepalis opposita; stamina tot, quot petala, iisque opposita; bacca. — Genus: *Berberis*.
- Fam. 63. *Empetreae*. Petala tria, sepalis alterna; stamina tria, sepalis opposita; bacca stigmatibus coronata. — Genus: *Empetrum*.
- Fam. 64. *Balsamineae*. Corolla tetrapetala, rarius pentapetala; stamina quinque; capsula quinquevalvis, elastice desiliens. — Genus: *Impatiens*.
- Fam. 65. *Violaceae*. Corolla irregularis, pentapetala; stamina quinque, disco hypogyno inserta; capsula unilocularis, trivalvis. — Genus: *Viola*.
- Fam. 66. *Droseraceae*. Calyx pentasepalus; corolla pentapetala; stamina quinque, rarius plura, libera; styli tres vel quinque; capsula unilocularis, tri- vel quinquevalvis. — Genera: *Drosera* et *Parnassia*.
- Fam. 67. *Polygaleae*. Sepala duo interiora majora, petaloidea; corolla pentapetala, irregularis; stamina octo, rarius pauciora, diadelphia; capsula bilocularis. — Genus: *Polygala*.
- Fam. 68. *Caryophylleae*. Petala quinque, unguiculata; stamina petalorum numero dupla, interdum quinque aut pauciora; capsula bi- vel quinquevalvis, rarius bacca.
- Sileneae*. Calyx tubulosus; petala longe unguiculata. — Genera: *Gypsophila*, *Dianthus*, *Saponaria*, *Cucubalus*, *Silene*, *Lychnis* et *Agrostemma*.

*Alsineae*. Calyx profunde quinquepartitus (pentasepalus); petala minute unguiculata. — Genera: Sagina, Spargula, Holosteum, Arenaria, Stellaria et Cerastium.

Fam. 69. *Linoideae*. Petala tot, quot sepala; stamina fertilia quinque, cum totidem sterilibus alternantia; capsula globosa. — Genera: Linum et Radiola.

bb. Stamina numerosa.

Fam. 70. *Ranunculaceae*. Petala quinque, rarius tria ad decem; carpella aut nucamentacea, monosperma, aut follicularia, polysperma.

Trib. 1. *Anemoneae*. Fovea nectarifera destituta; carpella monosperma. — Genera: Thalictrum, Hepatica, Anemone et Pulsatilla.

Trib. 2. *Ranunculaceae*. Petala basi fovea nectarifera instructa; carpella monosperma. — Genera: Myosurus, Ranunculus et Ficaria.

Trib. 3. *Helleboreae*. Carpella follicularia, introrsum dehiscentia, polysperma. — Genera: Caltha, Trollius, Aquilegia, Delphinium et Aconitum.

Trib. 4. *Ranunculaceae spuriae*. Carpellum unicum, baccatum. — Genus: Actaea.

Fam. 71. *Nymphaeaceae*. Petala toro extra pluriseriatim inserta, sensim in stamina abeuntia; stamina numerosa, toro supra petala multiseriatis affixa; capsula carnosa. — Genera: Nymphaea et Nuphar.

Fam. 72. *Hypericineae*. Sepala laciniis inaequalibus; petala quatuor vel quinque; stamina in tres vel quinque fasciculos coalita; styli 3—5; capsula polysperma. — Genus: Hypericum.

Fam. 73. *Malvaceae*. Corolla pentapetala; stamina in tubum concreta; carpella 1—2 sperma, in columna peripherice collocata. — Genus: Malva.

Fam. 74. *Tiliaceae*. Sepala quinque; petala totidem, cumque iis alternantia; stylus unus; fructus e carpellis formatus, capsularis. — Genus: Tilia.

Fam. 75. *Cistineae*. Flores pentameri; fructus capsularis, multilocularis. — Genus: Helianthemum.

3. *Stamina perigyna*. Stamina calyci inserta.

a. Calyx cum germine non coalitus.

Fam. 76. *Paronychiae*. Calyx quinquepartitus; petala quinque vel nulla; stamina quinque, rarius plura aut pauciora; fructus siccus. — Genera: Herniaria et Scleranthus.

- Fam. 77. *Crassulaceae*. Sepala quinque, interdum plura vel pauciora, basi coalita; petala totidem; stamina tot, quot petala, aut dupla; carpella leguminosa. — Genera: *Sedum* et *Sempervivum*.
- Fam. 78. *Haloragaceae*. Calycis limbus superus, aut nullus; petala quatuor, aut nulla; germen 1—4loculare; fructus exsuccus, non dehiscens. — Genera: *Callitriche*, *Hippuris* et *Myriophyllum*.
- Fam. 79. *Ceratophylleae*. Flores monoici; calyx multifidus; corolla nulla; nux stylo apiculata. — Genus: *Ceratophyllum*.
- Fam. 80. *Leguminosae*. Calyx quinquedentatus vel bilabiatus; corolla pentapetala, plerumque papilionacea; stamina decem, monadelphia, vel diadelphia et novem concreta, decimum liberum; legumen, rarius lomentum.
- Trib. 1. *Loteae*. — Genera: *Spartium*, *Genista*, *Ononis*, *Anthyllis*, *Medicago*, *Melilotus*, *Trifolium*, *Lotus* et *Astragalus*.
- Trib. 2. *Hedysaraceae*. — Genus: *Coronilla*.
- Trib. 3. *Vicieae*. — Genera: *Vicia*, *Pisum*, *Lathyrus* et *Orobus*.
- Fam. 81. *Lythrariceae*. Calyx monosepalus, dentatus; petala plerumque sex; stamina infra petala calycis tubo affixa; capsula membranacea. — Genus: *Lythrum*.
- Fam. 82. *Sanguisorbeae*. Calycis tubus apice contractus, 3—5fidus; petala nulla; nux in calyce saepe indurato inclusa. — Genera: *Alchemilla* et *Sanguisorba*.
- Fam. 83. *Rosaceae*. Calyx quinque-, rarius quadrifidus, liber; petala quinque, rarius quatuor; stamina plura; carpella plurima. —
- Trib. 1. *Spiraeaceae*. Carpella introrsum dehiscentia. — Genus: *Spiraea*.
- Trib. 2. *Dryadeae*. Carpella nucamentacea vel drupacea. — Genera: *Geum*, *Rubus*, *Fragaria*, *Comarum*, *Potentilla*, *Tormentilla* et *Agri-  
monia*.
- Trib. 3. *Roseae*. — Genus: *Rosa*.
- Fam. 84. *Amygdaleae*. Calyx quinquedentatus, liber; petala quinque; stamina circiter viginti; drupa. — Genus: *Prunus*.
- b Calyx cum germine coalitus.
- Fam. 85. *Pomaceae*. Calycis limbus quinquedentatus, vel quinquefidus; petala

quinque, unguiculata; stamina numerosa; pomum. — Genera: Mespilus, Pirus et Sorbus.

Fam. 86. *Philadelphiae*. Calycis tubus turbinatus, limbus 4—10 partitus; petala laciniis calycis numero aequalia et iis alterna; stamina plura; capsula. — Genus: *Philadelphus*.

Fam. 87. *Grossulariae*. Calycis limbus superus, campanulatus vel tubulosus, quinquefidus; petala quinque totidemque stamina; fructus baccatus. — Genus: *Ribes*.

Fam. 88. *Onagrariae*. Calycis limbus superus, quadripartitus, rarius bipartitus; petala tot, quot calycis lacinae; stamina totidem, vel petalorum numero dupla; stylus unus; fructus baccatus vel capsularis. — Genera: *Epilobium*, *Oenothera* et *Circaea*.

c. Calyx plus minusve germi adhaerens.

Fam. 89. *Saxifrageae*. Calyx quadri- aut quinquepartitus, aut -fidus, germi adhaerens vel liber; petala quatuor vel quinque, laciniis alterna; stamina petalorum numero aequalia vel dupla; capsula. — Genera: *Saxifraga* et *Chrysosplenium*.

Fam. 90. *Rhamneae*. Calyx 4—5 fidus; petala 4—5, cum calycis laciniis alternantia; stamina tot, quot petala, iisque opposita; fructus carnosus vel exsuccus. — Genus: *Rhamnus*.

Fam. 91. *Celastrineae*. Calyx 4—5 fidus, vel 4—5 partitus; petala 4—5; stamina totidem, disci margini vel ipsi disco affixa; capsula 2—3locularis, vel drupa exsucca, mono—dipyrena. — Genus: *Evonymus*.

## Systematis sexualis dispositio Linneani.

### PHANEROGAMAE.

Organa generationis unicuique conspicua.

#### I. MONOCLINICAE.

Flores omnes hermaphroditi, nempe stamina cum pistillis in eodem flore.

##### A. Stamina omnia libera.

1. Stamina nullam determinatam proportionem inter se servant.

- Classis 1. *Monandria*. Stamen unum.  
- 2. *Diandria*. Stamina duo.  
- 3. *Triandria*. Stamina tria.  
- 4. *Tetrandria*. Stamina quatuor.  
- 5. *Pentandria*. Stamina quinque.  
- 6. *Hexandria*. Stamina sex.  
- 7. *Heptandria*. Stamina septem.  
- 8. *Octandria*. Stamina octo.  
- 9. *Enneandria*. Stamina novem.  
- 10. *Decandria*. Stamina decem.  
- 11. *Dodecandria*. Stamina duodecim, vel sedecim, vel duodeviginti.  
- 12. *Icosandria*. Stamina viginti et plura, calyci inserta.  
- 13. *Polyandria*. Stamina viginti et plura, germi affixa.

2. Stamina determinatam proportionem inter se servant.

- Classis 14. *Didynamia*. Stamina quatuor, duo aequaliter longiora et duo aequaliter breviora et remotiora.  
- 15. *Tetradynamia*. Stamina sex, duo reliquis aequaliter breviora et remotiora.

##### B. Stamina inter se aliqua sua cohaerent parte.

1. Filamenta secum coalita.

- Classis 16. *Monadelphica*. Filamenta omnia inter se concreta.



- Classis 17. *Diadelphia*. Filamenta in phalanges duas aequales concreta, vel novem concreta et decimum liberum.
- 18. *Polyadelphia*. Filamenta in phalanges tres pluresve concreta.  
2. Antherae concreatæ.
  - 19. *Syngenesia*. Antherae in cylindrum concreatæ in floribus involucre communi cinctis, floremque compositum formantibus.
- C. Stamina cum pistillo coalita.
- 20. *Gynandria*. Stamina pistillo adnata.

## II. DICLINICAE.

- Flores sexu distincti, stamina enim cum pistillis non in eodem flore.
- 21. *Monoccia*. Flores unisexuales, masculi et feminei in eadem planta.
  - 22. *Dioecia*. Flores unisexuales, masculi in una et feminei in altera planta ejusdem speciei.
  - 23. *Polygamia*. Flores unisexuales hermaphroditis mixti.

## CRYPTOGAMAE.

Organa fructificationis oculis nudis vix conspicua.

- 24. *Cryptogamia*. Stamina nulla.

Ordines Classium a prima ad tertiam decimam e pistillorum numero, hisque autem deficientibus, e stylo vel stigmatum numero construuntur. Ordines Classis quartae decimae et quintae decimae secundum fructus naturam; Ordines Classium a sexta decima ad duodevicesimam secundum staminum numerum componuntur. Ordines Classis undevicesimae e sexu florum in idem calathidium congestorum disponuntur. Ordines Classium a vicesima ad alteram et vicesimam secundum numerum et conglutinationem staminum, et Ordines Classis tertiae et vicesimae secundum flores heterogamos aut in eandem aut in diversas plantas congregatos constituuntur.

## Cl. I. *Monandria*.

Ord. I. Monogynia.

1. *Hippuris* L. (Halorageae Rob. Brown.) Perigonii limbus integer, minimus.
1. *H. vulgaris* L. Gemeiner Tannenwedel. Folia verticillata. 2. 7—8. In aquis stagnantibus prope villam Hülfe.

Ord. II. Digynia.

2. *Callitriche* L. (Haloragaeae R. Br.) Perigonii phylla duo, inflata.  
2. *C. verna* L. Frühlings- & Wasserstern. Folia trinervia, linearia-ovata. ☉. 5  
— 9. In stagno Negenpfuhl frequens.

Cl. II. *D i a n d r i a*.

Ord. I. Monogynia.

A. Flores completi, superi.

3. *Circaea* L. (Onagrariae Juss.) Calyx bipartitus, deciduus. Corolla dipetala.  
3. *C. lutetiana* L. Gemeines Hexenfraut. Caulis pubescens. Folia ovata, denticulata, opaca. Flores racemosi. 2. 7—8. In locis humidis umbrosis ad Buschmühle.  
4. *C. alpina* L. Alpen-♂. Caulis diffusus. Folia ovata, acuta, subpellucida. 2. 7—8. Ad truncos alnorum prope praedia Dunkershagen, Rotzollen.

B. Flores completi, inferi, irregulares.

4. *Veronica* L. (Scrophularinae Rob. Br.) Calyx 4—5 partitus. Corolla 4loba, rotata, rarius tubulosa.

Sect. 1. Racemi terminales.

5. *V. longifolia* L. Langblättriger Ehrenpreis. Folia opposita ternaque, ovato-lanceolata, serrata. 2. 7—8. In pratis humidis apud Buschmühle.  
6. *V. spicata* L. Aehrentragender E. Caulis adscendens. Folia opposita, inferiora obovata aut oblonga, crenata; superiora lanceolata, serrulata. 2. 7—8. In locis apricis ad Schützenhaus, Freiheit.  
7. *V. serpyllifolia* L. Quendelblättriger E. Caulis adscendens. Folia opposita, ovalia, 2. 5—6. Ad margine pratorum, apud pagum Müskendorf.

Sect. 2. Racemi axillares.

8. *V. officinalis* L. Aechter E. Heil aller Welf. Caulis decumbens, hirtus. Folia breviter petiolata, ovato-oblonga, crenata, hirta. 2. 6—7. In silvis siccis, ericetis: Schönfelder, Zandersdorfer Wäldchen.  
9. *V. Beccabunga* L. Quessen-♂. Caulis adscendens, subtetragonus. Folia ovalia aut oblonga, obtusa, glabra. 2. 6—7. Frequens in rivulo suburbano prope viam, qua itur in villam Schützenhaus.  
10. *V. Anagallis* L. Wasser-♂. Caulis demum erectus, tetragonus. Folia sessilia, lanceolata, acuta, serrata, glabra. 2. 5—6. Ad lacum Lockmann, ad ripas Brahe fluvii prope Rittel.

11. *V. scutellata* L. Schildz. ♂. Caulis debilis, demum erectus. Folia sessilia, linearia. 2. 7—8. In pratis humidis prope Buschmühle, ad praedium Zandersdorf.
12. *V. prostrata* L. Niederliegender ♂. Caulis prostratus, canescens. Folia sessilia, oblonga et lanceolata, crenato-serrata. 2. 5—6. In collibus apricis siccis ad silvam Freiheit.
13. *V. latifolia* L. Breitblättriger ♂. Caulis villosus. Folia sessilia, ovalia et oblonga, grosse crenata. 2. 5—6. In fruticetis, hortis frequens.
14. *V. Chamaedrys* L. Gamanderz. ♂. Caulis bifariam pilosus. Folia omnia ovalia, grosse crenata, rugosa. 2. 5—6. In omnibus pratis, silvis et fruticetis frequens.
15. *V. montana* L. Bergz. ♂. Caulis debilis, repente adscendens. Folia ovata, acute crenata. 2. 6. In silva prope Regnitz Mühle, ad pagum Woltersdorf.  
Sect. 3. Pedunculi axillares, uniflori.
16. *V. praecox* Allioni. Früher ♂. Caulis diffusus. Folia inferiora ovata, inciso-serrata, superiora lanceolata. ☉. 5—6. In agris et cultis urbis nostrae non raro hanc plantam invenies.
17. *V. arvensis* L. Feldz. ♂. Caulis adscendens. Folia inferiora petiolata, ovata, crenato-serrata, superiora sessilia, lanceolata, subintegerrima. ☉. 5—8. Frequens in agris nostris.
18. *V. agrestis* L. Ackerz. ♂. Caulis procumbens. Folia petiolata, ovata, crenato-serrata. ☉. 5—9. In agris frequens.
19. *V. hederacfolia* L. Ephemblättriger ♂. Caulis procumbens. Folia subrotunda, 3—5loba. ☉. 6—7. In hortis et silvis prope Wilhelminenthal et alibi.
20. *V. triphyllos* L. Dreiblättriger ♂. Caulis adscendens. Folia infima subrotunda, crenata, superiora digitato-partita. ☉. 5. In agris prope pagum Müskendorf et Walkmühle.
21. *V. verna* L. Frühlingz. ♂. Folia infima ovata, crenata, superiora pinnatifida et tripartita, summa linearia. ☉. 5. Ad marginem silvae prope praedium Jesiorke.
5. *Gratiola* L. (Scrophularinae Rob. Br.) Calyx 5partitus; corolla 4loba, sublabiata.
22. *G. officinalis* L. Gemeines Gnadenfraut. Folia lanceolata, serrulata, subtrinervia. 2. 7—8. Ad ripas Brahe fluvii prope praedia Gemel et Platzig.
6. *Pinguicula* L. (Lentibulariae Rich.) Calyx bilabiatus; labium  $\frac{3}{2}$  partitum. Corolla ringens, calcarata.

23. *P. vulgaris* L. Gemeines Fettkraut. Folia oblonga, margine involuta. 2. 5.  
In pratis prope Schlochau.
7. *Utricularia* L. (Lentibulariae Rich.) Calyx bipartitus. Corolla personata, calcarata.
24. *U. vulgaris* L. Gemeiner Wasserschlauch. Folia multifida; lacinae ultimae filiformes, spinuloso-ciliatae. 2. 7—8. In palude prope Buschmühle.
25. *U. intermedia* Hayne. Mittlerer W. Folia multifida; lacinae ultimae filiformes, spinuloso-serratulae. Labium superius integrum, palato duplo longius. 2. 7—8. In paludibus prope praedium Heinrichsthal.
8. *Lycopus* L. (Labiatae Juss.) Calyx subtubulosus, 5 dentatus. Corolla tubulosa, subaequalis, 4 loba.
26. *L. europaeus* L. Gemeiner Wolfesfuß. Caulis tetragonus. Folia oblonga et lanceolata, sinuato-serrata. Flores verticillati, albi. 2. 7. In locis humidis, ad fossas urbis nostrae.
9. *Salvia* L. (Labiatae Juss.) Calyx bilabiatus; labium superius integrum aut tridentatum, inferius bifidum. Corolla bilabiata.
27. *S. pratensis* L. Wiesen-Salbei. Folia oblonga, cordata, inciso-crenata, rugosa, subtus villosa. 2. 5. In pratis prope Schlochau et Friedland.

Ord. II. Digynia.

10. *Anthoxanthum* L. (Gramineae Juss.) Panicula spiciformis. Gluma bivalvis.
28. *A. odoratum* L. Gemeines Ruchgras. Culmus non stolonifer. Folia margine vix scabra. 2. 5. In pratis et nemoribus. In via, qua itur in villam Schützenhaus praeter sepulcretum Judaeorum, ambulantes hujus graminis odorem totis naribus trahunt.

Cl. III. *Triandria.*

Ord. I. Monogynia.

- A. Flores completi, superi.
11. *Valeriana* L. (Valerianeae DC.) Calyx involutus, germen coronans, post anthesin in pappum plumosum abiens. Corolla 5loba, basi gibba.
29. *V. officinalis* L. Gemeiner Baldrian. Folia pinnata. Panicula corymbosa. Radix praemorsa. 2. 6. Ad ripas rivuli prope Buschmühle.
30. *V. dioica* L. Kleiner B. Folia radicalia integra, ovalia, caulina lyrato-pinnata. 2. 5—6. In paludibus apud Buschmühle.

12. *Valerianella* Moench. (Valerianeae DC.) Calyx dentatus. Corolla infundibuliformis, limbo 5 lobo.
31. *V. oleria* Moench. Gemeiner Feldsalat. Folia lanceolata, ciliata. ☉. 5—6. Non raro in hortis graminosis.
- B. Flores incompleti; perigonium corollinum.
13. *Gladiolus* Tourn. (Irideae Juss.) Perigonium basi tubulosum, limbo irregulari subringente.
32. *G. communis* L. Gemeine Siegwurz. Folia ensiformia. Spica secunda, multiflora. 4. 6. In pratis prope Jacobsdorf et in silva prope Gemel.
14. *Iris* L. (Irideae Juss.) Perigonium basi tubulosum; limbus 6 partitus, laciniis inaequalibus, 3 reflexis, 3 erectis. Stigmata petaloidea, stamina tegentia.
33. *I. Pseud-Acorus* L. Sumpfs-Iris. 4. 6. In palude Mönch-See.
- C. Flores incompleti, glumacei.
15. *Cyperus* L. (Cyperaceae DC.) Spicula disticha. Gluma bivalvis, valvae exteriores distichae, interiores rhachi adnatae.
34. *C. fuscus* L. Braunes Cypergras. ☉. 8. In pratis apud praedium Zandersdorf.
16. *Scirpus* L. (Cyperaceae DC.) Spiculae undique imbricatae. Glumarum valvae sensim decrescentes. Setae hypogynae.
- Sect. 1. Heleócharis Rob. Br. Spicala terminalis solitaria; stylus basi bulbosus; setae hypogynae.
35. *Sc. palustris* L. Sumpfs-Binse. 4. 6. In palude apud Hülfe.
36. *Sc. acicularis* L. Nadel-B. 4. 6. Ad marginem paludis prope Regnitz-Mühle.
- Sect. 2. *Scirpus* Rob. Br. Spiculae terminales aggregatae; setae hypogynae.
37. *Sc. lacustris* L. Teich-B. 4. 6. In lacu Lockmann.
38. *Sc. silvaticus* L. Wald-B. 4. 6. In silva, quae Freiheit vocatur.
- Sect. 3. *Isólepis* Rob. Br. Spiculae laterales, aggregatae.
39. *Sc. setaceus* L. Borsten-B. 4. 6—7. In locis humidis prope Dunkershagen.
17. *Eriophorum* L. (Cyperaceae DC.) Spiculae undique imbricatae. Glumarum valvae sensim decrescentes. Setae hypogynae, valvis multo longiores, cum ipsis persistentes.
- Sect. 1. Spicula una, terminans.
40. *E. vaginatum* L. Scheiden-Wollgras. 4. 4—5. In silva prope Hohenkamp.

- Sect. 2. Spiculae terminales.
41. *E. triquetrum* Hoppe. Dreieckiges W. 2. 5. In palude nemoris haud procul a praedio Zandersdorf.
42. *E. angustifolium* Roth. Schmalblättriges W. 2. 5. In palude prope Buschmühle.
43. *E. latifolium* Hoppe. Breitblättriges W. 2. 4—5. Prope Rotzollen.
18. *Nardus* L. (Gramineae Juss.) Spiculae solitariae, uniflorae. Gluma nulla. Glumella bivalvis.
44. *N. stricta* L. Steifes Forstengras. 2. 6. In pascuis uliginosis prope Buschmühle.

Ord. II. Digynia.

Flores glumacei. Gramina.

I. Spicatae. Spica terminalis.

A. Spicula solitaria in quoque rhacheos dente.

19. *Lolium* L. (Gramineae Juss.) Spiculae multiflorae. Gluma bivalvis in spicula terminali, valvae laterales saepe nullae.
45. *L. temulentum* L. Saumel-*Solch*. ☉. 6. Inter segetes ad Zandersdorf.
46. *L. perenne* L. Ausdauernder *l.* Englisches Raygras. 2. 6—8. In pratis prope Sandkrug.
47. *L. arvense* With. Acker-*l.* ☉. 6—7. In agris inter Linum prope Buschmühle.
20. *Triticum* L. (Gramineae Juss.)
48. *T. vulgare* Weizen. Colitur. Variat
- α. Spica aristata *T. aestivum*. Sommerweizen.
- β. Spica submutica *T. hybernum*. Winterweizen.
21. *Agropyrum* Gaertn. (Gramineae Juss.) Spiculae multiflorae, flosculis sursum decrescentibus, omnibus fertilibus.
49. *A. repens* Beauv. *Triticum repens* L. Quecke. 2. 5—9. Inter segetes frequens.
50. *A. caninum* Beauv. Hundeweizen. 2. 6—7. In nemoribus umbrosis ad Buschmühle.
22. *Secale* L. (Gramineae Juss.) Colitur.
51. *S. cereale* L. Roggen.
23. *Brachypodium* Beauv. (Gramineae Juss.) Spicula rhachi exciso-articulata, multiflora.

52. *B. pinnatum* Beauv. *Bromus pinnatus* L. Gefiederte Zwecke. 4. 6. In colibus apricis ad praedium Schönfeld.  
B. Spiculae duae pluresve in quoque rhacheos dente.
24. *Élymus* L. (Gramineae Juss.) Spiculae binae — quaternae, multiflorae aut biflorae; flos summus saepe tabescens.
53. *E. arenarius* L. Sandhafer. 4. 6. In colle haud procul a Wilhelminenthal.
25. *Hordeum* L. (Gramineae Juss.) Coluntur:
54. *H. vulgare* L. Gemeine Gerste;  
55. *H. hexastichum* L. Sechszellige Gerste;  
56. *H. distichum* L. Zweizellige Gerste.
- II. *Spicigerae. Spicae laterales vel terminales plurimae.*
26. *Panicum* Beauv. (Gramineae Juss.)
57. *P. miliaceum* L. Hirse. Colitur.
27. *Echinochloa* Beauv. (Gramineae Juss.) Spiculae paniculatae, secundae, biflorae. Valva exterior mucronata, interior flosculo hermaphrodito aequalis, mucronata vel aristata.
58. *E. crus galli* Beauv. *Panicum crus galli* L. Gemeines Stachelgras. ☉. 7—8. In agro prope Walkmühle.
28. *Digitaria* Scop. (Gramineae Juss.) Spicae subfasciculatae. Spiculae binae, altera longius pedicellata. Flosculi hermaphroditi valvulae aequales, subcoriaceae.
59. *D. glabra* Roem. Sch. Blattes Fingerfraut. ☉. 7—8. In locis arenosis prope Niesewanz.
60. *D. sanguinalis* Scop. Blutz. Valvula flosculi neutrius purpurascens. ☉. 7—8. Ad agrorum margines prope Müskendorf.
29. *Setaria* Beauv. (Gramineae Juss.) Panicula spiciformis. Involucrum e setis aristatis compositum, includens spiculas duas. Flosculus masculus aut neuter uni — bivalvis; flosculorum hermaphroditorum valvulae aequales, coriaceae.
61. *S. glauca* Beauv. *Panicum glaucum* L. Rostfarbenedes Borstengras. ☉. 8. In agris haud procul a Jesiorken.
62. *S. viridis* Beauv. *Panicum viride* L. Grünes B. ☉. 8. In iisdem locis.
- III. *Paniculatae uniflorae. Panicula; spiculae uniflorae.*
- A. Panicula spiciformis.
30. *Phleum* L. (Gramineae Juss.) Panicula cylindrica. Valvae carinatae, subaequales, valvulas duas, muticas superantes.

63. *P. pratense* L. Wiesen-Weischgras. Timotheus-Gras. 2. 6—7. In pratis haud procul a praedio Zandersdorf.
64. *P. nodosum* L. Knotiges G. 2. 6—7. In agris siccis prope Richnau.
65. *P. Boehmeri* Schrad. Böhmer's G. 2. 6—7. In pratis arenosis ad Woltersdorf.
31. *Alopecurus* L. (Gramineae Juss.) Valvae subaequales, carinato-compressae, basi saepe concreatæ.
66. *A. pratensis* L. Wiesen-Fuchsschwanz. 2. 6—7. In pratis et pascuis frequens.
67. *A. geniculatus* L. Gefnieter F. 2. 6—7. In pratis humidis ad Dunkershagen.
68. *A. fulvus* Smith. Röhlicher F. 2. 6—8. In eodem loco.  
B. Panicula diffusa.
32. *Agróstis* Trin. (Gramineae Juss.) Panicula laxa. Valvae duae subaequales, acutae. Valvulae valvis minores.
69. *A. vulgaris* Smith. Gemeines Zartgras. 2. 6—7. In pratis, nemoribus ad Hohenkamp.
70. *A. alba* Schrad. Weißes Z. 2. 6—7. In pratis humidis prope Jacobsdorf.
71. *A. canina* L. Trichodium caninum Schrad. Hundez. 2. 6—7. In pratis et pascuis ad villam Hülfe.
33. *Anemagróstis* Trin. (Gramineae Juss.) Valva exterior minor, interior glumella paulo longior. Pedicellus, rudimentum flosculi alterius.
72. *A. spica venti* Trin. Windhalm. ☉. 7—8. Inter segetes prope Zandersdorf.
34. *Milium* L. (Gramineae Juss.) Valvae subaequales, glumellam subaequantés. Valvulae aequales, laevissimae, cartilagineae.
73. *M. effusum* L. Ausgebreitetes Hirsengras. 2. 6. In silvis umbrosis ad Hohenkamp.
35. *Calamagróstis* Roth. (Gramineae Juss.) Valvae subaequales, glumellam superantes, convexae. Valvulae basi pilis stipatae.
74. *C. epigeos* Roth. Arundo epigeos L. Land-Nehrgras. 2. 7—8. In campis arenosis ad Wilhelmenthal.
75. *C. lanceolata* Roth. Arundo Calamagrostis L. Lanzettförmiges N. 2. 7—8. In pratis humidis et silvis prope Hülfe.
76. *C. silvatica* Beauv. Wald-N. 2. 7—8. In silvis prope Pollnitz.
77. *C. stricta* Beauv. Grades N. 2. 7—8. In pratis humidis haud procul ab urbe Schlochau.
36. *Ammóphila* Host. (Gramineae Juss.) Valvae inaequales, carinatae, glumellam superantes. Pili ad basin glumellae. Valvula exterior sub apice aristata.



78. *A. arenaria* Host. Gemeines Sandgras. 2. 7—8. Post villam Schützenhaus.
- IV. *Paniculatae subtriflorae. Panicula; spiculae uniflorae cum rudimento secundi tertique floris inferioris.*
37. *Phalaris* L. (Gramineae Juss.) Valvae a latere carinato-compressae, valvulis longiores.
79. *Ph. arundinacea* L. Rohrartiges Stanggras. 2. 6. Ad ripas fluviorum Brahe et Schwarzwasser prope Rittel et post Czersk.
- A dn. In hortis varietas foliis albedo-vittatis nomine Bandgras colitur.
38. *Holcus* L. (Gramineae Juss.) Spiculae biflorae, deciduae. Flos inferior hermaphroditus, muticus; superior masculus, aristatus.
80. *H. lanatus* L. Wolliges Honiggras. 2. 6—8. In pratis et pascuis hujus regionis frequens.
81. *H. mollis* L. Weiches H. 2. 6—7. In silvis prope Buschmühle, Hülfe.
39. *Hierochloa* Gmel. (Gramineae Juss.) Spiculae triflorae. Flores duo inferiores masculi, triandri; superior hermaphroditus, diander.
82. *H. borealis* Roem. Sch. Nördliches Darrgras. 2. 6. In pratis humidis haud procul ab urbe Schlochau.
- V. *Paniculatae multiflorae. Panicula; spiculae bi—multiflorae.*
40. *Koeleria* Pers. (Gramineae Juss.) Panicula arrecta, spiciformis. Spiculae compressae. Valvae carinatae, flores includentes. Valvula exterior mutica aut apice mucronata, aut apice aristata.
83. *K. cristata* Pers. Kammförmiges Schmielengras. 2. 6—7. In campis arenosis haud procul a Pollnitz.
41. *Aira* L. (Gramineae Juss.) Spiculae biflorae. Valvula exterior in basi vel in dorso aristata. Pedicellus longe comosus.
84. *A. caespitosa* L. Deschampsia caespitosa Trin. Rasenschmiele. 2. 6. In pratis et nemoribus ad Zandersdorf et Schönfeld.
42. *Corynephorus* Beauv. (Gramineae Juss.) Valvae valvulis longiores. Valvula exterior arista clavata, geniculata.
85. *C. canescens* Beauv. Graues Keulengras. 2. 7—8. In campis arenosis ad Richnau.
43. *Avena* L. (Gramineae Juss.) Gluma nimis magna. Valvula exterior arista dorsali, geniculata, basi torta.

Sect. 1. Avenae genuinae. Valvae 5—9nerviae. Spiculae defloratae pendulae.  
Germen apice comosum.

86. *A. sativa* L. Hafer. ☉. 8. Colitur.

87. *A. orientalis* Schreb. Fahnen-H. Panicula secunda, contracta. ☉. 8. Cum  
antecedenti mixta.

88. *A. strigosa* Schreb. Sand-H. Panicula subsecunda. ☉. 8. Inter Avenam  
sativam.

89. *A. fatua* L. Flug-H. Panicula effusa. ☉. 8. Inter segetes.

